cū quo in vnitate ſpūs ſancti viuit et regnat in om
nia ſecula ſeculorum benedictus deus amen.

Hec ſūt venerabilis domine ac amice kariſſime
pauca ex multis hincinde collecta rudi ſtilo.
que veſtris ſtudiis et cuiuſcunq melius intelligen
tis libenter ſubmitto corrigenda et pulchrius ordi
nanda. nec me latet quanti periculi ſit in his quaſi
libere velle ſētire. et pro captu dicere quicquid mēs
ſuggerit. cum inter tot tractatores ſacre ſcripture
vix pauciſſimi reperti ſunt qui materiam hanc ad
lucidum explanare potueruut. quare omnibus ſim
plicibus maxime eſt conſulendum vt ſi loqui velīt
de huius venerandi ſacramenti materia q ſtrictiſ-
ſime teneant ſe in terminis ſanctorum doctorum
eccleſiaſticorum. nec aliter fari audeāt quam apud
eos repperint. Alioqnī facilime et periculoſe erra-
bunt. Teſtes ſūt dctā eorundē doctorū. et precipue
ſctī thome de aquino per quē ſpūs ſctūs circa ānos
dnī milleſio ducētesio quadrageſio. plures hereſes
deſtruxit ac diſicultates varias et ante ipſum a nul
lo explanatas dilucidauit. Hoc aūt vir ſanctus mul
tis oratōibus et ieiuniis impetrauit. vt periclitanti
ſcole tūc ſuccurreret propter hereticorū ſubtilitatē
nimiam ac potentiā. Fuit etiā tūc ipō ſollicitāte iſti
tutū feſtū ſollēpne huius ſacrī reuerendiſſimi per

vrbanū quartū. Neq; vnq̄ depꝰ vſq; hodie ſimilis turbo inſurgere auſus fuit cōtra veritatem iam lucide explanatam. Et ſi aliquando ſurrexerint facilime ex dictis ipſius fuerunt deuicti. illa autem hereſis dicta fuit berengarii ab auctore/qui tamē cōuerſus poſtea fuit. vt habetur de conſe. di. ii. ego berēgarius. Sed diſcipuli eius in errore permanſerunt et multa mala fecerunt. Nam vltra ducentos ānos hereſis iſta durauit āte tempora ſācti thome. Et q2 diu ſtetit ſemper magis ac magis ſubtiliata fuit. et eccleſiam ſatis afflixit. Si de hac materia plenius vultis informari legatis originalia ſuperius allegata. Nec autem breuiter dicta ſint ad auiſandū m de periculis que contingerunt et cotidie minus exercitatis contingere poſſunt propter materie ſubtilitatem. que pia et deuota anima ſolido fidei fundamento innixa faciliter cauere poteſt. Ipſius cooperāte gratia domini noſtri Ieſu chriſti qui eſt panis verus et viuus de celo deſcendens et dat vitam mūdo. Cui cum patre et ſpiritu ſancto ſit ſempiternā gloria AMEN.

Et ſic eſt finis huius opuſculi.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf